quam pater clarificavit filius. et sempi-
terna claritas patris nec diminuta fuit
in forma humana nec augeri poterat in
sue perfectione divina: sed in se claritas si-
militer nec augeri potest. lectio iii. Apud
homines autem procul dubio minor erat. quia
in iudea tantum notus erat deus. nunc autem
a solis ortu usque ad occasum laudabant
pueri nomen domini. hoc autem quia per ewan-
gelium christi factum est ut per filium pater innotes-
ceret gentibus: profecto patrem clarificavit
et filius. In die ascensionis. Secundum marcum.
In illo tempore dixit ihesus discipulis suis. Euntes in
mundum universum predicate ewangelium
omni creature. Qui crediderit et bap-
tizatus fuerit salvus erit. et reliqua. Omelia
Quod resurrectionem beati gregorii pape.
discipuli tarde crediderunt
non tam illorum infirmitas quam
ut ita dicam futura firmitas fuit.
lectio ii. Et post pauca. videntibus illis ele-
vatus est et nubes suscepit eum ab ocu-
lis eorum. Notate verba significare mysteria
cum videlicet elevatus est. Comedit et
ascendit: ut videlicet per esum comes-
tionis veritatem patefaceret carnis. lectio iii.

License: public_domain – Antwerpen, Rijksarchief te Antwerpen, Verzameling Losse Aanwinsten, nr. 2.21, fol. [1]v – Breviary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-er3z/5224/49780)